

# Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in  
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

**Caput XII. XIII. XIV.**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](http://urn.nbn.de:gbv:ha33-1-148122)

tem, studeas Deum recte agnoscere, inuocare, timere & obedire iuxta ipsius verbum. II. Labora diligenter & fideliter in tua vocatione, ad quam à Deo vocatus es, nec πολυπειρωσσών temeraria varijs negotijs te immisces, aut varias artes exerceas. Nam hæc πολυπειρωσσων infelix est: ut Plato inquit πολιτεῶν γ. εἰς ἐκαστὸν εἰς αὐτοῦ δύσμα καλῶς θετοῦσι, πολλὰ διεῖ, ἀλλ' εἰ τέτο θηρευοῦ, πολλῶν ἀπόμενον πολλαν δύστυγχουσι αὐτοῖς. Et vulgo dicitur: Qui binos lepores una se habent hora, Vno quandoque, quandoque carebit utroque. III. In laboribus tuæ vocationis inuocato Deum, & fide petas & expectes auxilium, & benedictionem à Deo. Nam *Benedictio Domini diuites facit absque angustia.* Hæc sententia totius ferè XI. capituli argumentum est. Simul autem docet, non confidendum esse diuitijs & opibus fluxis tanquam certis præsidij, quibus aduersus omnes vitæ casus muniti simus: nec abiici animum debere in paupertate & rebus adversis: sed fide in Deo acquiescendum esse.

*Non immisces te varijs negotijs.* τῆς πολυπειρωσσων δέν μετέρον ἄλλο. Ardelione nihil per totum vanius orbem est. Plato Νόμων η. præcipit, ut singuli ciues unam tantummodo artem discant & exerceant, ex qua victum sibi parent. Xenophon παιδ. 8. Impossibile est multa simul facere, & eadem omnia bene facere. *Plerig. contendunt & anhelant.* Multi magno labore nihil proficiunt, sed mendici manent, quia sua industria confidunt & à Deo non benedicuntur. Econtra alij commendantes Deo viam suam, mediocri labore multum proficiunt, quia Deus vobis eis benedit. *Beschert ist vngewehrt.* vt Genes. 26. scriptum est, Benedixit Dominus Deus Isaac, & accepit eo anno centuplum. *Nunc fruar partis opibus, nec scit horulam tam prope adesse.* Luc. 12. *Quid prodest mihi pietas?* 1. Timoth. 4. Pietas ad omnia utilis est, habens promissionem præsentis & futuræ vitæ. 1. Timoth. 6. Magnæ diuitiæ sunt pietas, εὐταραχίας coniuncta cum voluntate, quæ suo bono contenta est. *Noli dicere, satis opibus munitus sum.* Diuitiæ & opes non sunt firma & durabilia præficia, sed fluxa & caduca. Irus & est subito, qui modo Crœsus erat. Ideo & Solon iubet finem vitæ expectare apud Herodotum in κλείσι.

## Caput XII. XIII.

### XIII.

**R**ia capita proximè sequentia continent doctrinam de **A M I C I T I A & B E N E F I C E N T I A**, quæ est virtus quinti & septimi præcepti, complectens vera benevolentia, & pro virili iuuans consilio, opera, pecunia, homines pios & alios nostra ope indigentes: & mediocritatem efficiens inter prodigalitatem & auaritiam. Huius virtutis pars est **H O S P I T A L I T A S**, quæ peregrinos & hospites ope nostra indigentes, & in primis exiles pios amanter excipit, & omnibus officijs hospitalibus propter Deum iuuat. Est autem virtus Deo grata & necessaria generi humano **B E N E F I C E N T I A & H U M A N I T A S** erga hospites, ut etiam sapiens vetustas dixit:

Ἐάν εὶ μοὶ Θέρις ἔστι, καὶ δὲ εἰ κανίω σέθεν ἐλθοις  
Ξενον ἀτιμῆσαι πέρος γῳ Διὸς εἰσὶν ἀπαντες,  
Ξενοι τε πλευραῖς δόσις οὐδίγητε φίλητε

Aaa

Firerat

Chy

τίνεται ομέτερη.

Non decet ὁ ξόδος με τε κοντεμνεῖ, νέκι  
Τε πειρανεῖται, νάμος αὐτοῦ παύπερ & ξόδος  
Εστιν οὐδεὶς. Τιμή παρουσία σεμνή  
Τεκτί δώνα μεί.

Ζεός Πατριάρχης ικετάων τε, ζείων τε  
ζείνει, οὐς ζείωνταί αὐτοῖς αἰδοῖον ἀπηδεῖ.

Supplicibus Deus est vindicta, & ξόδος honestis  
Hospitibus, μιτίσκει comes probitate verendis.

Obiectum  
beneficentiae.

Præcipue autem de obiecto B E N E F I C E N T I A Syracides in hoc  
XII. capite admonet, non quosuis hospitio excipiendos & amore ac bene-  
ficijs nostris complectendos esse, sed in primis homines pios & bonos, &  
nobis natura, vel lege vel vsu coniunctos: sicut & Paulus 1. Timoth. 5. gra-  
dus obiectorum beneficentiae constituit, Si quis suorum, & maxime dome-  
sticorum curam non habet, fidem abnegauit, & in 1. officiorum, gradus co-  
rum, erga quos liberalitas exercenda est, distinguuntur.

Quales  
hospitio ex-  
cipiendi.

O N hospitio quemuis excipias in domo tua. Nam  
mundus plenus est perfidia & dolo. Cor dolosum si-

Quibus  
benefacien-  
dum.

mile est anicule aucupis proposita volucribus ad insi-  
dias, & totum attentum est ut te capiat. Nam  
quod boni videt, interpretatur in pessimam partem, & omnia  
optima sceleratè depravat. Exigua scintilla saepe erumpit in ma-  
ximum incendium, & impius non desinit, donec effundat sanguinem.  
Cave ab eiusmodi nebulonibus, nihil boni in animo ha-  
bent, ne contumelia afficiant te perpetua. Si suscepis extraneum,  
turbabit quietem tuam, & ex tua possessione ejicit te. Si vobis  
præstare officium, vide cui præstes, ut gratia tibi agantur. Bene-  
facito bonis ac pijs, & opulenter tibi tribuetur, si non ab ipsis, cer-  
tè à Domino. Verum perfidi, qui pro beneficio ingratissunt, hor-  
ribiliter euertentur. Timenti Deum, donato, nec miserefacie-  
impij. Beneficus sis erga afflictos, nihil autem dabis impio. Sub-  
strahē panem tuum ab eo, nec dato ei quicquam, ne ex hoc corro-  
boratus, pedibus conculces te. Alioqui duplo plus malitia sentias  
ex eo; quam tu beneficij in ipsum impenderis. Nam aliusnam  
odit eiusmodi malos, & impios certò puniet.

Amici g-  
mulati.

Rebus secundis non satis explorare potes amicum. Rebus  
autem afflictis, non facile latet inimicus. Nam rebus secundis  
inuidet inimicus. Rebus autem aduersis, etiam amici recedunt.  
Qui tibi semel inimicus fuit, ei ne confidas unquam, quemadmo-  
dum

EA

dum enim ferrum subinde rubiginem rursus contrahit : ita facile relabitur ad ingenium dolosus , etiam si flexo poplite adoret te , tamen repreme , & caue ab eo . Nam etiam si defrices , & perporhas ut speculum , tamen rubiginosus manebit . Ne adiunge eum tibi familiariter , ne te excutiat , & tuo loco sese statuat . Ne colloces eum apud te , ne excludat te sella tua , & sero tu cogites de verbis meis , tunc , cum paenitebit te . Quemadmodum neminem miserefecit incantatoris , si mordeatur a colubro , neque temeritatis beluas , si dilaceretur ab illis : Ita & accidit his , qui adhaerent impijs , & admiscent se peccatis eorum . Nam impius quidem aliquandiu manet , verum si impegeris , & cecideris , deserit te . Inimicus verbis quidem utitur mollibus , & dolens uitium tuam , simulat candorem & amicitiam , adeoq; collacrimatur . In corde autem cogitat , quomodo te praecepit et in foueam , & si occasio datur , non potest exaturari sanguine tuo . Et saepe inter nocituros tibi accurrit primus , & tamen venit , quasi laturnus opem , atque ita clanculum euertit te , & nunc ( ne dubita ) mouebit caput suum , in sinu gaudet , & vultu ad sannas composito ridebit te .

Non hospitio quemuis excipias . Quia mundus plenus est perfidia & dolo . Benefacias bonis & pijs , non malis & perfidis , qui maleficia pro benefaciis rependunt . Hæc totius capitum summa est . Mundus plenus est perfidia & dolo . vt monet Apologus de Rustico , Serpente , Asino , Cane famelico & Vulpecula , quibus pro summis laboribus gratia , quæ à mundo referri solet , persoluta est . Caue ab eiusmodi nebulonibus . πειρτι λαβεῖν τίσσι , ἀταξει γενεν λαθότες . Dum poscunt , laudant : odio sectantur , adepti . Extra possessione ejciet te . sicut miles Philippi Macedonis agricolam , à quo naufragus semimortuus in vita conseruatus fuerat , ex sua villa ejcit , cuius militis fronti , Philippus , re cognita , inurit stigmata , HOSPES INGRATVS . Historia recitur à Seneca lib . 4 . de beneficijs cap . 37 . Theseus qui primus Atticos ruri dispersos in ciuitatem collocauit , postea ab ingratis ciuibus ex ciuitate eiectus est . Canicula grauida , diuertens apud vetulam canem , exclusis & adultis catulis , hospitem domo ejcit . Vide cui præstes , ut gracie tibi agantur . Sed Christianum est εὐ ποιεῖν τα κακάς αὐτῶν . Eccle . 11 . Sparge panem tuum super aquas , in tempore opportuno inuenies illum .

Et quoscunque potes reque officijsque iuuato ,

Sic tamen adiutoros ne meminisse putas .

Rebus secundis . Amicus certus in re incerta cernitur . Qui semel tibi inimicuit . Caue tibi à reconciliatis & in genere simulatis amicis . Vide supra cap . 6 . Neminem misereretur incantatoris si mordeatur a colubro . Quia διατασσειν κακάν εχει .

## C A P V T X I I I .

Chv Amicitiae potentum infidæ.

*v* i picem tangit, inquinabitur ab ea. Qui superbis conuersatur, superbiam dicit. Noli plus satis familiaris esse potentibus diuitibus, alioqui te non medocri pondere onerabis. Quid enim vas fictile ob-  
*Q.* le conuersatur ærea, cui leviter illisum, illico frangitur? Di-  
 ues iniuriam facit pauperi, & adhuc insolenter insultat. Pauper  
 verò cogitur ferre, & insuper agere gratias. Interim dum com-  
 modum ex te habet, utitur te. at cum tu decrescis, conspuis  
 te. Interim dum aliquid habes, tecum conuiuatur, neq; mora-  
 tur quidquam, si tu exhaustiaris & pereas. Cum indiget opera  
 tua, pulcrè lactat te, blanduleq; arridet tibi, & nihil non promi-  
 tens verbis demulcet mollissimis, si qua, inquit, re indiges? Dein-  
 de forsan bis aut ter te infidiose pertrahit ad conuiuum, donec to-  
 tum exhausterit, tandem ridet te. Et ut maxime in necessitate  
 luctantem videat; tamen missum te facit, & caput suum mouet  
 super te. Vide ergo ne simplicitas tua fallat te, & plectaris in-  
 fortunio. Si quis potens te ad familiaritatem suam invitat,  
 quasi fugitans accipe eam conditionem, & eo magis te pertrahet.  
 Noli te ingerere, ne apud eum reiiciaris turpiter, neq; prorsus re-  
 cusato, ut aliquis usus sit tui. Noli detrectare, si quid deman-  
 dat tibi. Verum in familiaritate potentis noli ponere spem tuam.  
 Nam ita exploratus suis blandis gestibus pertentat te, ubi  
 mutauit voluntatem erga te, desinit a verbis illis mellitis, inten-  
 tans carceres ac vincula, iam nibil locatur, proinde caue, & con-  
 sule tibi, non es extra periculum. Inter bestias etiam similia  
 coniungit se simili, sic & inter homines similis conuersetur simili.  
 Amicitia impij cum pio perinde est, atq; si lupus ouem sibi ad-  
 iungat. Coniunctio pauperis & diuitis perinde est, ac si hyena  
 canibus copuletur. Sicut leo deuorat bestias in silua: Ita diui-  
 tum preda sunt pauperes. Sicut omnis superbis nihil pendit ea,  
 que exigua sunt: Sic diuites aspernantur pauperes. Cum diui-  
 tis fortuna labascunt, sustentant eum amici eius. Quando autem

res p.m.

res pauperis nutant, euertunt eum etiam amici eius. Cum in scelere deprehenditur diues, multi eleuant culpam facti eius, & verba etiam quibus palam impegit, excusantur. Cum autem deprehenditur peccasse pauper, tunc admissum exaggeratur, & ut maxime prudenter loquatur, nemo admodum attendit. Quando diues loquitur, auditur magno silentio, & verba eius in cœlum tolluntur. Quando autem loquitur pauper, fastidiosè dicunt, quisnam iste est? & si leuiter impingit, plectitur. Diuitiae quidem bona sunt, si sine peccato utaris. Fnoptia autem impij magistra est ad multas blasphemias. Hoc quod in animo quis habet, frons & oculi produnt, sive bonum sive malum sit. Qui aliquid boni cogitat, vultus est erecto & hilari. Qui autem clanculum & callide dolos architectatur, animo quiescere non potest.

Beatus qui non dat consilium malum, quod ipsis mordeat conscientiam. Beatus quem non vexat animus male sibi conscientia, & qui conscientia recte facti non excidit.

DE obiecto AMICITIA monet fugienda esse Sodalitia prauorum, & præcipue potentum coniunctiones infidas: & colendam esse amicitiam cum paribus, ut dicitur: ισότης ή φιλία, & ὄμοιος οὐοίς φίλοι.

In fine addit duas insignes sententias de studio tuendi bonam conscientiam, quæ est iudicium mentis in nobis, quo recte facta, hoc est, cum legge Dei congruentia approbamus: & nos recte sensisse, consuluisse & fuisse scimus: quam notitiam ordine diuinitus sancto sequitur tranquillitas & latitudo cordis, & spes auxilij & protectionis diuinæ. CONSCIENTIA in genere, est notitia legis diuinæ, & iudicium in mentibus humanis, quo recte facta approbant, & delicta ac scelera condemnant: quod iudicium semper comitatur in recte factis tranquillitas & latitudo cordis: & in delictis seu sceleribus dolor & tristitia destruens reum delicti. Hortari autem nos ad studium tuendi bonam conscientiam, & vitandi peccata contra conscientiam, sex grauissimæ causæ debent. 1. Mandatum Dei seuerissimum, 1. Timoth. 1. Milita bonam militiam, retinens fidem & bonam conscientiam. 2. Corinth. 1. Gloratio nostra hæc est, testimonium conscientiae nostræ. 2. Retentio fidei & salutis æternæ, quæ per peccata contra conscientiam amittitur. 1. Cor. 6. Nec scortatores, nec adulteri, &c. possident regnum Dei. 3. Facultas invocationis, 1. Ioh. 2. Si cor nostrum non condemnat nos, fiduciam habemus, quod exaudit nos. 4. Spes auxilij & protectionis diuinæ. 5. Tranquillitas & latitudo cordis in Deo acquiescentis, ut Chrysost. Homil. 1. in epist. ad Rom. inquit, οὐδεὶς μέγεθος οὐδὲ γενεατῶν τολμήσει, & οὐδὲ πατέρων μόνον τούτων καὶ συντάξεων αὐτοῖς. Tranquillitatem & latitudinem animi non magnitudo imperii, nec pecuniarum multitudo, &c. efficere solet, sed sola spiritus sancti virtus & bona conscientia. 6. Mitigatio & liberatio in calamitatibus.

Aaa 3

Quitan-

Bona con-  
scientia.Bona con-  
scientia.

Sodalitia  
prauorum.

*Qui tangit picem inquinabitur. Φθίσεται οὐχὶ δὲ οὐδέ τινα κακοῦ. I. Cor. 5,*  
*πέριττος μὲν γὰρ ἀπὸ εἰσθλῶν παθήσει τὸν δὲ κακοῖον*  
*Συμμιχθῆς, στολεῖς καὶ τὸν εόντα νόον.*

Conuersare bonis, & ab his bona plurima disces :

Cum prauis viuens, tu quoq; prauus eris.

*Noli plus satis familiaris esse potentibus. Præcipue verò remis velis pō-*  
*tentum Fucosas fugito cautus amicitias.*

Horatius.

Dulcis inexpertis cultura potentiis amici,  
Expertus metuit.

*Pauper cogitur ferre, & insuper agere gratias. Libertas pauperis hæc est,*  
Pulsatus rogat & pugnis concitus adorat, Ut liceat paucis cum dentibus in-  
de reuerti. Si quis potens te ad familiaritatē inuitat. Ad aulam acceden-  
dum est sicut ad ignem, à quo, qui nimis longè absunt, non calefiunt: qui  
nimis prope accedunt, comburuntur. Inter bestias etiam simile coniungu se  
simili. Theocritus. τέττιξ μὲν τέττιγι Φίλος, μύρου δὲ μύρη. λεκές δὲ ιερής, qui  
δὲ αἱ μῶσαι καὶ ἄλλαι. Formicæ cara est formica, cicada cicadæ. Accipitri placet  
accipiter, mihi carmina curæ. Plutarchus in libello de discr. Adul & amici.  
Γερων γέροντος γλώσσαι ιδίσται ἔχει, πάσι παιδὶ καὶ γυναικὶ πέσσοφοις γων, Νεαρή  
αὖτε νοσήνται καὶ δυστρέψαι ληφθεῖς ἐπωδός ἐστι τῷ λυπτιμένῳ. Seni senilis lingua in-  
cundissima, Foemella foeminæ placet, puero puer. Sic æger ægro congruit,  
misero miser, Et tristis est apud tristes libentius. Lupus ouem. Hæc λυκό-  
νια Græcè dicitur. Hyena canibus copuletur. Apud Herodotum in Melpo-  
mene mentio fit Hyænarum, Hystricum & aliarum, inter feras Africæ fami-  
liares. ac Hystricem spinosum & aculeos iaculantem ipse vidè Antuerpia.  
Sed Hyænam scribunt vultu blando & virgineo, oculis varie colores mu-  
tantibus, caninis pedibus præditam esse, & vocem humanam imitari, &  
simulatione lacrymarum nominatim etiam euocare pastores ex stabulis, &  
canes imitatione vomitus humani allucere, & deprehensos deuorare. Erue-  
re etiam sepulchra mortuorum, & umbræ illius contagio canes obmutescere.  
*Quisnam est iste? Aristophanes : σὺ πάκχος ὁν τολμας ἐι οὐδενεν*

Hyæna.

*Beatus qui non dat consilium malum quod ipsis mordeat conscientiam. De*  
bona conscientia studiose tuenda monui initio capit. Auditores de mala  
conscientia duo Plutarchi dicta meminerint. η κακία πολαστήριον εἴθισται  
τοντανεταί δεινή τις έσται βίσον πρινεργός, οικτός καὶ σωδιός φόβος τολμήση  
ταῦθι χαλεπά καὶ μεταμελέσις καὶ ταραχαῖς ἀπαύτες ἔχοντος. Pag. 390. Morali,  
πρινστότατος καὶ ἀτερπέστατος κακῶν χαραματοφιλακτοῖς τοι ταυτάν μηντον ταῦθι  
εστο. Pro Roscio & in Pisonem. Nolite enim putare, quemadmodum  
in fabulis sæpen numero videtis, eos, qui aliquid impiè scelerateque commi-  
serint, agitari & perterteri furiarum tædis ardenteribus. Sua quemq; fraus &  
sua terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat, amentiaq; afficit,  
sua malæ cogitationes, conscientiaeq; animi terrent. Hæ sunt impijs adi-  
duæ domesticæque furiaæ.

**H**OMINEM sordidum non decent diuitiae, & quid prodest pecunia turpiter preparco & tenaci? **Qui** congregat multum, nec vitetur parto, hic congregat alijs, & alijs dilapitabunt. **Qui** sibi non benefacit, quomodo hic alijs benefaciet: quid hic gaudy habet ex opibus suis? Nihil est turpis homine sordido, qui ne erga seipsum quidem est beneficus, & hanc ipsam pœnā dat sua peruersitatis. Et si quid boni quasi imprudenti exciderit, id ipsum tandem indignans ducitur pœnitentia. Hic homo verè malus est, cui dolet, si alijs benefaciat, qui auertit faciem suam & nullius miseretur. Homo πλεονεκτος sua parte nunquam contentus est, per auaritiam ipse suam impedit benedictionē & valetudinem. Homo inuidus & parcus, etiam cum cibum sumentes videt, ringitur et dolet illi, cum cibare debet familiaris. Filiimi, tuis facultatibus ipse etiam fruere, et sacrificia Domino offerre quæ debentur ei. Cogita quod mors non cessabit, et nosti cuiusmodi pactum cum morte habeamus. Beneficus esto erga proximum tuum antequam moriaris, & iuxta vires tuas subueni pauperi. Ne obliniscaris pauperum in die latitiae, & tibi quoq; continget gaudium quod optas. Nam & sudore tuo parta relinques alijs, & mos labores heredibus. Libenter alijs largire, & ubertim tibi tribuetur, sanctifica animam tuam: nam cum mortuus fueris, usus opum finem habet. Omnis caro atteritur instar vestimentis, sic stat fœdus aeternum & antiquum, Semel moriendum est. Quemadmodum videntia folia in speciosa arbore, quadam decidunt, quadam renascuntur: Ita conditio est hominum, quidam moriuntur, quidam viciſſim nascuntur. Omnia temporaria habent suum finem, et qui in his versantur, una cum ipsis intereunt.

**B**ENEFICENTIA, de qua cap. 12. præcipit, duo sunt extrema: Prodigalitas & AVARITIA, quæ nemini benefacit, sed cum defraudatione sui & aliorum, quacunque ratione, seu honesta seu in honesta, opes cumulare studet: & his confidit magis quam ipsi Deo. Pugnat cum fide seu fiducia in Deum collocanda, cum iustitia, cum gratitudine, & in primis cum liberalitate & beneficentia. Huius tetri vitij: Avaritiæ videlicet, quam Paulus Idolatriam & omnium malorum radicem nominat: vituperationem instituit in hoc 14. capite Syracides. Et simul de bono uisa diuitiarum seu propriarum facultatum monet. Quibus primum nos ipsi frui ad nos & nostros sine luxu & intemperantia alendos debebemus, Vt r. Timoth. 6. dicitur: Deus dat nobis abunde omnia ad fruendum, non ad heluationem & luxum, nec ad sordide comparcendum, &c. Secundo, Sacrificia Deo de-

Bonus usus  
diuitiarum.

Chy

bita inde offerenda sunt. Vult enim Deus agnosci se datorem esse bonorum : & vicissim omnes homines pro suis facultatibus aliquid ad hunc usum conferre , ut vera de Deo doctrina in publico ministerio ecclesie & scholis largè spargatur , & Sacerdotes ac ministri Dei docentes in templis & scholis alantur. Tertio, Amici iuuandi sunt , de quibus dicitur : *ταχέως οὐαρά*. Quartò, Alijs pauperibus ēk ταχέως Eleemosynæ largiende sunt , vt Proverb. 5. præcipitur : Fontes tui deriuentur foras , & tu Dominus eorum maneto. Hæc beneficentia erga pauperes declarata, præmis amplissimis post mortem in æterna vita certo compensabitur. Ideo Paulus hortatur diuites , vt alijs liberaliter communicent , & reponant sibi thesaurum in futurum, & apprehendant vitam æternam. Et idem monent Parabolæ , Luc. 16. de diuite & Lazaro. Item de Oecono mo iniquo : Facite vobis amicos de Mammona iniusto , vt recipiant vos in æterna tabernacula. Hac occasione locum communem , de morte , cui omnes homines , diuites & pauperes, pariter obnoxii sunt, in fine capititis Syracides attexit.

## Caput XV.

Studium  
sapientie.

B

*EATVS qui diligenter ē sedulō tractat verbum Dei, docetq; atq; interpretatur illud. Beatus qui hoc meditatur apud se ex corde, totusq; incumbit ut penitus intelligat. Qui pergit subinde magis inquirere sapientiam , tacitusq; eius vestigia insequi, quocunq; ambulat. Qui inquam, solitus respicit per fenestras eius , ē attentus aurem admouet ostio eius. Qui diuersari captat in vicinia domus eius , suumq; tabernaculum erigit ad parietem eius , hocq; diuersorum magni facit. Qui liberos quoq; suos adducit ad lectum illius , ē manet sub tugurio eius , ibi tutus erit ab astu , ē erit hoc illi excellens ē magnificum habitaculum. Hoc nemo facit , præterquam is qui timet Dominum. Et qui adharet verbo Dei , hic inueniet eam. Et obuiam veniet ei quasi mater filio, amplectetur eum quasi formosa sponsa dilectum , cibabit eum pane intellectus , ē aqua sapientia potabit eum. Per illam sic corroborabitur, vt stet firmus , ē huic sustentanti adhærebit, vt non pudeat. Exaltabit eum super proximos , ē os illi aperiet in ecclesia. Coronabit eum gaudio ē letitia , ē nomen æternum dabit ei. Sed stulti non inueniunt eam , ē impij non possunt cernere eam. Longè enim abest à superbia , ē hypocrite prorsus non nouerunt eam. Impius nihil sane potest docere : non enim docet ex Deo. Nam ad veram doctrinam requiritur sapientia*

seu co-